ac sigillare

donata et legata ad fabricas et structuras[s] ecclesiarum[s] contra voluntatem prelatorum[t] et aliorum quorum interest presumunt usurpare contra iusticiam in fraudem et odium clericorum

de bonis eciam et rebus[u] clericorum[u], quas non causa negociacionis sed pro usibus propriis per terras ducunt seu duci faciunt, theloneum exigere et[v] recipere non verentur[v], et confugientes ad ecclesias et cimiteria inde extrahere contra sancciones imperiales presumunt.

Que omnia et quelibet obinde secuta, cum per sacras civiles et canonicas sancciones[w] expresse reprobata sint et in[x] fraudem[x] ecclesiastice libertatis de facto presumpta, de principum, ducum, comitum, baronum fideliumque nostrorum consilio ex certa sciencia et auctoritate

Romana regia | imperiali

cassamus, irritamus, annulamus cassaque, irrita et nullius esse momenti penitus dicimus et expresse pronunciamus; precipientes sub indignacione

regia et imperiali banno | imperialis banni

universis et singulis dictarum Magdeburgen(sis) et Bremen(sis) provinciarum et locorum vicinorum

principibus *(nur III)*, dominis temporalibus,

consulibus, potestatibus[y] et in officiis publicis constitutis[y], quatin(us)[z] mox visis

aut | et

intellectis presentibus dicta ipsorum[a] statuta et ordinaciones, sicut in preiudicium[b] ecclesiastice libertatis edita sunt, omnino revocent et de luce tollant, quodque secundum ea non iudicent amplius, nec sentencias dictent aut eisdem[c] in iudicio[d] vel extra iudicium quomodolibet pro se et contra ecclesiasticam libertatem pociantur.

---

s) ecclesiarum structuras *A1*, *B*, *C*, *C1*. t) predictorum *C1*. u) redditibus clericorum ac eciam rebus eorum *C*, *C1*. v) non verentur et recipere *C*. w) sanctiones *B*. x) infraudem *C*, *C1*. y-y) in potestatibus et officiis publicis constitutis *C*, *C1*. z) quat(inus) *A1*, quat(en)us *B*, quatenus *C*, *C1*. a) eorum *C*, *C1*. b) *Beginn des Monogramms B*. c) huiusmodi *C1*. d) iudiciis *C*, *C1*.